

n.16, Ceph. conf. 240, d. conf. 266, n. 5, Gram. d. 103, n. 39.

Responsum fuit ex prædictis bonis in Inventario descriptis esse prius duas partes detrahendas spectantes ad Annibalem, & Joan. Venerinum Paridis, & aliorum filiorum Fabiæ Patruos, insimul tempore illius confectionis viventes, quibus portionibus demptis 3. pars olei, etiam admisso calculo per alteram partem facta vix ad scut. 330, ascendens, & septem dolia circiter vini dd. huius tangenda censentur pro rata erogata in usum & sustentationem illorum, quia fructus hæreditatis impendi præsumuntur pro familiæ alimentis, & in red-

30 ditione rationis veniunt computandi Peregr. de fideicom. art. 35, n. 32, & residuum illis deductis in expensis funeris, aliisque domesticis egreditibus in Censibus ad favorem pupillorum emptis, & in solutione dotis Tutrice eorumdem fororis, de quibus omnibus habenda est quoque ratio in computo susceptæ administrationis, quia præsumuntur factæ ex effectibus hæreditariis, Rota apud Merlin. decis. 715, n. 7, cum aliis in præterita decisione allegatis §. 3. excipio, & in Rom. redditionis rationis §. Junii 1651, §. eod. modo cor. R.P.D.M. Pent. Mobilia verò in eodem Inventario descripta cum illa usu consumantur sufficit, quod ex tam longæ-

31 va temporis * diuturnitate verisimiliter sint perempta Bartol. in l. quoad præsens C. de Muri. l. lib. 12. Peregr. de fideic. art. 10. n. 40. Grat. discept. forens. c. 215, n. 18. & 19, Cyriac. contr. 204, n. 7, Duran. dec. 212, n. 12. Sicut tanti temporis cursu animalia * demortua præsumuntur, ex quo naturaliter vivere non poterint, Corn. conf. 186, n. 2, in fin. l. 1, Fuf. de subst. q. 624, n. 25, Mart. Mat. dec. 75, n. 12.

32 Credita tandem ibidem annotata uti hæreditaria Octavii, ne dum non constat ad manus Fabiæ pervenisse, & illa exigere, & opus est ad finem, ut de illis ratio reddi debeat, cum Tutor * non teneatur nisi de actualiter perceptis juxta conf. Bart. 239, per tot. & præsertim in fin. Rota in Ferrar. domus 17 Maii 1651, cor. R.P.D. meo Melitio §. neque refragatur in fin. & in l. Romana redditionis rationis 23 Januar. 1654, §. liberatio in fin. cor. R.P.D. Peuting. verum ex decisionibus, & aliis datis in hodierno summatio fratrum de Paradis deprehenditur illa spectare ad Annibalem tantum. * Sola igitur descriptio in Inventario facta

34 non facit hæreditaria Octavii, sed erronea fuit, & stante protestatione, quod si quæ bona non erant apponenda ibi præmissa habentur pro non descriptis, & describens ab omni præjudicio præservatur l. 1, §. hæc stipulatio, ubi Angel. n. 24, ff. si ii plusquam, Rot. dec. 187, n. 9, p. 3, rec. in Bonon. de Berois 18 Febr. 1641, §. hinc patet cor. Rev. Salamant. & in Romana fideicommissi de Nicolinis 28 Aprilis 1651, §. non obstat coram R.P.D. meo Cerro.

35 Quibus stantibus non potest Clara bona hæreditaria Fabiæ retinere, cum præsentia credita, vel non subsistant, nec de illis sunt deducenda, vel quatenus aliqua remaneret difficultas, fat est Paradis fideicommissi. dubiam reddere illius intentionem, * quia in hoc iudicio immisionis non admittuntur exceptiones turbidæ & discussionem, seu alioem indaginem requirentes. DD. in l. 4, §. condemnatum §. de rei jud. Grat. discept. 734, n. 23, Surd. dec. 46, in fi. Rot. dec. 375, n. 20, & 524, n. 2, p. 4, to. 2, & 3, dec. 275, n. 3, p. 5, rec. & cor. Burat. dec. 738, n. 14. Præsertim quia à die mortæ litis usque nunc, fructus dd. bonor. fideicommissariorum percepti, * cum quibus vel extincta, vel illiquida adeò remanent prædicta credita, ut non competat dicta re-tentio, Rota coram Duran. decis. 113, n. 7, & coram bon. me. Merlin. dec. 312, n. 5. Et ita &c.

DECISIO CXVIII.

R. P. D. CELSO.

Beneventana hæreditatis.

Luna 19. Junii 1656.

SUMMARIUM.

1 Fideicommissum injustum alicui si sine filiis, eo mortuo cum filiis expirat. Non adesse in dubio prouciandum, n. 18.

2 Filii in conditione positi non censentur vocati. In conditione positi cum qualitate legitimitatis non censentur vocati n. 3.

4 Alienationis ex prohibitione non inducitur fideicommissum in casum mortis. Ex prohibitione personali juncta ratione generali fideicommissum non extenditur, n. 5. Prohibitio simplex, & nuda nihil operatur, n. 8.

6 Verba, & ideo hoc fecit, &c. consecutivè appositæ, non inducunt extensionem fideicommissi. An per illa inducatur simplex, & absolutum fideicommissum controversum DD. n. 7.

9 Ratio conservandi agnationem generaliter concepta adjecta prohibitioni nudæ alienandi non operatur fideicommissum, nisi secuta alienatione, n. 10, & 11. Declara ut n. 12, & 13.

14 Prohibitio sola alienationis facta filio, non egrreditur ejus personam. Expirat cum substitutione nu. 15. Facta dicitur propter substitutiones, num. 17.

16 Plus, & posterius in eod. Testamento non datur.

Lucius senior de Leonibus instituto hærede universali Camillo filio, illo sine filiis decedente, voluit quod in ejus bonis succederent filii suæ, earumque filii pro æquali portione.

Undet licet ex Camillo nati fuerint quatuor filii, nempe Cæsar, & Lucius junior, qui obierunt; Magdalena nupta in domo de Billottis, & Beatrix Monialis professa in Monasterio S. Vict. Nihilominus quia eadem Beatrix, sive Monasterium ex ejus persona, accepit possessionem prædictæ Cancellaria, & sententiam favorabilem super purificatione d. fideicommissi ad sui favorem reportavit, revocata per Rot. in gradu appellationis, dubitavi an dicta sententia revocatoria, esset confirmanda, vel infirmanda, & DD. pro confirmatione responderunt.

Cum enim Camillus decesserit relicto filiis, defecit conditio, sub qua hæres reperitur gravatus, * & expiravit fideicommissum, juxta text. in l. Lucius 85, ff. de hæred. instit. Bart. in l. cum dotem 23, n. 10, ff. solut. matr. & est celebre consilium Oldradi 21. passim in Rota receptum, ut in dec. 486, n. 1, & seqq. p. 1, rec. & dec. 632, n. 2, p. 4, tom. 3.

Nec refert, quod Beatrix tanquam filia Camilli, fuerit posita in conditione, quia cessantibus conjecturis * filii in conditione positi non censentur vocati juxta glos. in d. l. Lucius, ff. de hæred. instit. Rot. in rec. decis. 389, n. 3, p. 4, tom. 2, cum aliis adductis per Adden. ad Burat. dec. 385, n. 10, quam glossam procedere etiam in descendentes, firmatum fuit coram eodem Burat. dec. 387, n. 1, & 2, in recent. decis. 221, n. 2, p. 5, & in Avenionen. fideicommissi 22 Aprilis 1652, coram me.

Conjecturæ verò ex adverso deductæ non videntur tales, ut à superiori regula sit recedendum, nam quod positi fuerint in conditione filii legitimi, * & naturales ex suo corpore descendentes est valde debilis, prout notat Font. de pact. nupt. el. 4, glos. 24, n. 13, Thef. decis. 96, n. 26. Illamq; rejecit Rot. dec. 385, n. 8, cor. Burat. cum concordantibus adductis in d. Avenionen. fideic. 22 April. 1652, coram me. Prohibitio

Prohibitio alienationis, & obligationis honorum, non reperitur adjecta casui vocationis, & obitus Camilli sine filiis, sed in oratione penitus distincta, & separata, imò cum in dictum casum facta fuerit per Lucium expressa provisio, * vocando scilicet filias suas, non potest ex hujusmodi prohibitione alienationis præteriti inductum fideicommissum in casum mortis, ut bene per Zanch. in l. hæredes mei §. cum ita n. 675, & seqq. ff. ad Trebell. Honded. conf. 78, n. 47, & seqq. lib. 1, & conf. 69, n. 21, lib. 2, Card. Alban. conf. 1, nu. 13, Gabr. conf. 132, n. 68, lib. 1, & plures communiter Fufar. de subst. q. 688, n. 104, & dixit Rot. coram Gregor. dec. 433, n. 12, & in rec. dec. 8, n. 5, & 6, p. 7.

4 Maxime quia dicta prohibitio est merè personalis, ibi prohibuit dicto ejus hæredi. Ideoque ex ratione * quantumvis generali non potest extendi ad nepotes per text. in l. Pater filium 36, §. fundum Titianum ff. de legat. 3, & docet Ripa in l. filiusfa. §. Divi n. 108, & 111, de legat. 1, Marta vot. decis. 222, n. 33, & seqq. Cavalcan. decis. 5, n. 90, p. 3, Grivel. dec. Dolan. 22, n. 33, & 34, & ultra plures cumulat per Fufar. de subst. q. 437, n. 174, & q. 673, n. 97, & seqq. firmavit Rota in Bonon. fideicommissi de Populis 27 Junii 1562, coram Oradino, post Giovagn. conf. 97, n. 12, & seqq. lib. 1, in recent. decis. 316, n. 6, p. 1, & Romana fideicommissi de Coronis 28 Januarii 1647, coram D. meo Cerro.

Et verba immediatè appositæ, & ideo hoc fecit, ut omnia bona prædicta remaneant, & conserventur pro ipso hærede, ejusque familia, & successoribus, tanquam consecutiva & adjecta per viam rationis, & per modum causæ enunciativè prolata, *

6 non immutant qualitatem prohibitionis, nec inducunt novam dispositionem, aut extensionem fideicommissi juxta conf. Dec. 636, n. 6, & seqq. & est bonus text. in auth. de restit. fideic. Peregr. qui latè materiam tractat, art. 14, n. 11, & seqq. & præsertim n. 18, Fufar. q. 673, n. 9, ubi quod non obstante dicta ratione adhuc prohibitio dicitur personalis. Marefcot. var. resol. lib. 2. c. 103, n. 4, & seqq. relati per Altograd. conf. 60, n. 10, & seqq. lib. 1, Surd. decis. 85, per tot. & reprobatà opinione Petraræ de fideicommissi firmavit Rota coram Seraphin. decis. 883, n. 4, & seqq. & inter Div. decis. 698, n. 16, & 17, p. 1, in Bonon. fideic. de Elephantucis coram Pabalo penes Giovagn. conf. 39, n. 46, & seqq. lib. 1, quæ loquitur in fortioribus terminis in Perusina fideicommissi de Fiumaggiolis coram Litta, apud eundem ubi supra n. 74, & seqq. ubi quod talis prohibitio, etiam si sit vestita à causa dicitur stare ad majorem fideicommissi corroboracionem, in d. Bonon. de Populis post d. Giovagn. conf. 97, n. 11, & seqq. & coram Coccin. decis. 294, n. 7.

7 Et licet magna sit dissensio Doctorum numquid per rationem generalem inducatur simplex, & absolutum fideicommissum, * & illud locum habeat etiam non secuta alienatione; in qua questionibus veteres, & recentiores valde torquentur, adeo ut quamplures etiam variaverint teste Curt. jun. conf. 43, n. 9, vers. secundo principaliter Mant. de conject. lib. 6, tit. 14, n. 24, & seqq. cum aliis pluribus adductis per Francisc. Redenasc. consil. 29, n. 16, & seqq.

8 Attamen quando hæc ratio generalis subjicitur post nudam, & simplicem prohibitionem alienationis, * quæ de per se nihil operatur per text. in l. fil. fam. 118, §. Divi il. 2, de legat. 2, & l. Pater filium 36, §. duobus, & §. Julius de legat. 3. Tunc talis ratio confirmat quidem prohibitionem antecedentem, sed non inducit novum fideicommissum, nisi casu quo alienatio fuerit subsequita, Decisiones ad Tract. de Alimentis.

* quidquid secus si prohibitio ipsa esset vestita, 9 vel facta favore certæ personæ & esset valida, ut latè probant Soccin. sen. conf. 227, à n. 1, & præsertim sub n. 3, vers. quibus tamen non obstantibus 11, l. 2. Dec. conf. 117, sub n. 13, & seqq. & conf. 286, n. 11, vers. ultimò non obstat, & 422, per tot. præsertim à n. 7, Ruin. conf. 89, n. 14, & seqq. vol. 2. Rolan. consil. 34, n. 64, & seqq. vol. 4, Paris. conf. 75, n. 33, & seqq. lib. 2, Curt. jun. d. conf. 43, n. 9, & conf. 145, n. 10, vers. quartus principalis casus, & alios refert Gabriel. de fideic. concl. 9, n. 7, & 37, & seqq. ubi n. 41, reddit rationem, & tradit Mart. vot. decis. 222, n. 36, & seqq.

Et hanc opinionem veriorum dicit Alciat. in l. Pater filium 36, §. fundum n. 6, de legat. 3, & de communi testatur Soccin. jun. conf. 97, n. 51, & 52, & conf. 163, n. 8, lib. 2, Syvan. conf. 6, n. 26, & 31, alique plures relati per Mart. conf. 43, n. 24, & per Fufar. de subst. quæst. 688, n. 14, vers. Ego certè, ubi firmat hanc opinionem esse magis receptam, & veriorum, & ab ea in consulendo, & judicando non esse recedendum.

Illamque pluries complexa fuit Rota, ut in decis. 568, n. 7, & 8, part. 1, div. in recent. decis. 300, nu. 20, & seqq. & præsertim n. 27, part. 1, ubi respondendo ad doctrinam Bart. in l. Pater filium §. fundum de legat. 3, firmat, quod hujusmodi verba non sunt apta ad inducendam novam dispositionem neque extensionem fideicommissi de persona ad personam decis. 284, n. 8, & 9, part. 6, & decis. 15, n. 1, & seqq. part. 7, repetita inter decis. Merlin. decis. 669, n. 1.

Et cum hac distinctione opiniones inter se discrepantes conciliat, & ad concordiam reducit, Soccin. in l. qui Romæ §. cohæredes, col. 6, n. 15, & seqq. ff. de verb. oblig. Rip. in leg. filiusfam. §. Divi n. 122, & seqq. de leg. 1, Decian. conf. 94, nu. 21, vers. & postremo lib. 5, Honded. conf. 78, n. 33, lib. 1, Curt. jun. conf. 43, n. 9, & pluribus comprobatur Mandell. conf. 200, n. 2, Menoch. conf. 197, n. 29, vers. secundus est casus, Surd. decis. 125, n. 7.

Non obstat quod ex sola prohibitione alienationis, ad hoc ut bona remaneant ut familia * censetur inductum fideicommissum tam in casu alienationis, quam in casu mortis, ex Dec. conf. 23, n. 4, vers. sexid moveor. Aretin. in l. qui Romæ §. cohæredes vers. ubi autem de verb. oblig. qui prædicti, & alii DD. loquuntur quando nullum præcedit fideicommissum, à quo prohibitio dependeat; tunc enim talis prohibitio tanquam indefinita & nullo casu coarctata, locum sibi vindicatur perpetuò, quandiu superest aliquis de familia, secus verò quando præcedit aliud fideicommissum, * nam

11 tali casu prohibitio recipit limitationem à casibus in fideicommissis comprehensis, ut bene respondet Rota decis. 473, sub n. 2, vers. & sic cessat part. 4, div. & ita videtur sentire Dec. in allegat. conf. 636, n. 12, & distinguendo, ac enumerando plures casus firmat Bellon. jun. conf. 1, à n. 85, & præsertim sub n. 92, & seqq.

Nec applicatur dec. in Perusina fideic. de Bigazzinis 14 Novembris 1605, coram Litta apud Giovagn. consil. 75, n. 71, & seqq. lib. 1, nam ibi prohibitio non erat personalis, aderat dictio in perpetuum, & ratio conservandi bona in agnatione stabat de per se, concepta per verba dispositiva * & in casu alienationis datus fuerat substitutus, 12 ut respondendo dictæ decisioni firmavit Rota coram sanct. mem. Gregor. decis. 433, nu. 18, cum adductis per Altograd. conf. 79, n. 25, & 26, lib. 2. Nam sola pœna nullitatis in casu alienationis * 13 non est sufficiens ad vestiendam prohibitionem, f 2 dum

dum non adest substitutus, cujus favore nullitas inducitur, ut in presentia ex not. per Rot. dec. 284, n. 10, & seqq. part. 6, rec.

- 14 prohibito alienationis facta Camillo filio, * ut supra dictum fuit, non egreditur personam illius, ut not. Bald. conf. 304, n. 1, vol. 5, Cagnol. in l. 2, n. 46, vers. secundo principaliter C. de pact. inter empr. & vendit. Tiraq. de retract. convent. §. 1, gloss. 6, n. 25, Roland. conf. 59, n. 28, & 29, lib. 3, Surd. conf. 448, n. 29, & decis. 125, n. 1, & 2.
15 Imò eodem modo expirat, sicut expiravit substitutio, ut advertit Alex. conf. 99, n. 8, & 9, lib. 3, Dec. conf. 136, n. 11, & 12, & conf. 635, n. 17, & 18, Ruin. conf. 136, n. 16, lib. 3, & firmavit Rota coram Seraph. decis. 482, n. 3.
16 Imò eodem modo expirat, sicut expiravit substitutio, ut advertit Alex. conf. 99, n. 8, & 9, lib. 3, Dec. conf. 136, n. 11, & 12, & conf. 635, n. 17, & 18, Ruin. conf. 136, n. 16, lib. 3, & firmavit Rota coram Seraph. decis. 482, n. 3.
17 non autem substitutiones propter prohibitionem, & bene firmavit Rota coram Seraph. decis. 883, n. 2, & seqq. & praesertim n. 5, & 6.
18 pro cujus exclusione * in dubio pronuntiandum esse firmavit Rot. decis. 279, n. 31, part. 6, recent. & in Avenion. fiduciam. 22 Aprilis 1652, coram me.

DECISIO CXIX.

R. P. D. MELTIO.

Romana Hereditatis.

Veneris 4. Maii 1657.

SUMMARIUM.

- 1 Testati causa, facit cessare intestati causam.
2 Testamentum ad pias causas quando dicitur, ad pias causas solemnitate suscipere n. 3. Fallit ut n. 4. Ex quibus dicitur perfectum, nu. 6. Perfectum ex quibus dicitur nu. 9. In partibus non cancellatis valet n. 13. Perfectum praesumitur ex illius custodia, n. 16, & 17.
3 Testatoris subscriptio perfectionem testamenti inducit, & n. 10. Dispositio praesumitur perfecta donec de imperfectione doceatur, n. 7. Voluntas perfecta dignoscitur ex verbis presentis temporis n. 8. Voluntas ex arbitrio ipsiusmet viventis eam provalentis colligitur n. 11. Voluntas ex clausula. Actum, dicitur perfecta n. 12.
4 Cassaturae in aliqua parte testamenti magis eni-

- 18 Testes ex quibus reddantur suspecti. Et Notarius censetur vocati condito jam testamento sine solemnitatibus, ut solemniter celebretur, num. 19.
20 Moratus conf. 6, n. 14, & Peregr. decis. Patavia. 33, n. 15, declarantur.
21 Castill. decis. 59, declaratur.
22 Decis. 576, part. recent. declaratur.

Claudius Duraforte filios non habens manu propria, sed sine Testibus duo condidit testamenta in Actis exhibita. Primum sine die, mense, vel Consule, in quo relictis pluribus legatis heredem universalem nominavit in omnibus ejus creditis Ecclesiam Sanctiss. Sudarii de Urbe: Secundum sub die 24 Januar. 1647, in quo confirmatis, seu repetitis fere omnibus legatis in dicto praecedenti relictis, in residuo integre suae hereditatis universalem heredem instituit eandem Ecclesiam, & Societatem Sanctiss. Sudarii quae istius vigore, expedito mandato de immittendo actualem honorum possessionem assecuta fuit. Verum cum eandem hereditatem Claudius Duraforte junior ex fratre nepos ut proximior ab intestato praetenderet, fuit ad ipsius instantiam per duas vires propositum dubium an illi danda esset immisio, & nunquam capta fuit resolutio. Interim vero, defuncto d. Claudio juniore cum Testamento, in quo heredem suum instituit Gaspar. Moronum; Dubitavi pro tertia vice, an immisio danda esset praefato Morono ex persona d. Claudii, & DD. negativè responderunt.

Commisla enim discussione primi Testamenti carentis die, mense, & anno, dum adest secundum, quod apparet integraliter exaratum, scriptum, atque subscriptum propria Testatoris manu. Utiq; ex isto cessat quaecumque praetensa intestati causa, l. quamdiu la 2 ff. de acquir. heredit. l. antequam, C. commun. de success. Bald. conf. 317, n. 3, lib. 1, Rot. cor. Merlin. decis. 41, n. 11. Idque procedit, quamvis d. secundum Testamentum careat testibus, Rogitu Notarii, ac publicatione, quia, cum versetur in Testamento vero, * ac principaliter condito ad pias causas, ne dum ratione institutionis heredis ad traditum per Soc. sen. conf. 115, n. 7, vol. 4. Verum etiam ratione legatorum juxta dec. Casl. de Grass. n. 16, de test. Dispositio sustinet etiam sine solemnitatibus Juris Civ. * ut cavetur in §. nos igitur omnia auth. de test. imperf. l. hac consult. la 2, §. ex imperf. C. de test. & in aut. quod sine C. cod. iii. Qui textus licet loquantur in Testamento inter liberos, tamen habere locum etiam in testamento ad pias causas comprobatur Corn. conf. 307, n. 7, vol. 3, ubi quod sufficit, de voluntate testatoris ad pias causas quoquo modo constet, Menoch. conf. 224, n. 66, ubi de approbata, & magis recepta opinione à qua in judicando non sit recedendum, Tiraq. de priv. piae cause privil. 4, per tot. Clar. in §. Testam. q. 6, n. 1, Mantie. de conjecl. ult. volunt. lib. 6, tit. 3, n. 4. Imò ut circumscripta legitima favorabilior sit causa pia, quam filiorum tenet Alexand. conf. 4, n. 10, & 11, lib. 7. Et hanc opinionem uti veriorem, æquiozem, & magis communem amplexa semper fuit Rota, & signanter coram Achil. dec. 1, de testam. coram Cavaler. dec. 553, n. 1, cum duobus seqq. coram Buratt. decis. 475, num. 1, & 2, & bene, ac magistraliter dec. 74, n. 12, cum seqq. p. 2, divers. ubi respondetur argumentis, ac rationibus eorum, qui contrariam sequuntur sententiam, decis. 721, n. 4, part. 2, recent. & fuit late dictum in Callien. hereditatis 10 Decemb. 1638, & prima Julii

Julii 1639, coram Reverendissimo Terracinen. in Alatrina Testamenti 26. Februarii 1649, coram Rev. P. D. meo Verospio, & in Romana Testamenti 22. Maii 1656, coram Reverend. P. D. meo Decano.

Et quamvis hujusmodi conclusio locum sibi vindicet in Testamento imperfecto ratione foemnitatis, & non ratione voluntatis Rot. in recent. decis. 576. per tot. part. 6. & in dicta Alatrina Testamenti coram Reverend. P. D. meo Verospio sub §. primo. Tamen in proposito casu voluntas exposita in secundo Testamento, visa fuit undique perfecta, quia non continet simplicem minutam preparatoriam, sed dispositionem completam, & consummatam, praevia subscriptione, & quae dicitur finis, & complementum Testamenti Castrenf. in l. hac consultissima §. ex imperfecto C. de testament. Ruin. consil. 11. in princip. volum. 3. & regulare est quod donec dispositio est in via mutationis, & alterationis, semper subscriptio suspenditur, nec ea apponi folet, nisi voluntate plenè evacuata, ut notat Bartol. in leg. si quis cum Testamentum num. 4. ff. de testament. & ibi etiam Castrenf. num. 4. versic. quantum autem ad liberos. Alexand. in l. hac consultissima §. ex imperfecto nu. 3, vers. si Testator Cod. eodem, Menoch. consil. 563, n. 14. Bald. consil. 147. sub nu. 2, lib. 4, quem refert, & sequitur Rota decis. 331. nu. 16, part. 5, recent. & coram Buratt. decis. 475. n. 13.

Praeterea voluntatis perfectionem comprobatur ipsamet forma disponentis, in ea enim legitur heredis institutio, distributio integre hereditatis, quamplurima legata rationabiliter distributa, electio sepulturae, & deputatio executorum suae voluntatis, & quae omnia conveniunt praefatae dispositioni, cum nihil deficiat de his, quae apponi solent in ultimis voluntatibus, & dicta dispositio habeat omnes partes veri, & perfecti Testamenti, Alexand. consil. 105. in fine versic. fortius voluit Barthol. & consil. 114. nu. 7, lib. 7. Soccin. jun. consil. 24. num. 1, lib. 3. Honded. consil. 77. num. 11, lib. 1, ubi quod non praesumitur Testatorem voluisse aliquid ulterius disponere Gratian. disceptat. forens. cap. 895. numero 21. & 22. Rota coram Seraphin. decisione 581. nu. 9, & 10, & decis. 173. nu. 1, & 6. part. 2. divers. Et semper voluntas & Testamentum perfecta praesumitur, donec de imperfectione doceatur leg. si quis cum ff. de Testament. Alexand. consil. 105, in fin. lib. 7. Honded. consil. 77. num. 11, lib. 1, versic. Quia non praesumitur. Rot. coram Seraphin. decis. 381, nu. 1. & decis. 623, n. pariter primo.

Colligitur ulterius perfectio dispositionis ex eo, quod Testator disposuit per verba & praesentis temporis Instituo, Lego, Ordino, Mando, & similia, quae deliberatam disponendi voluntatem praesentem ferunt in §. disponat in authent. de nupt. & ponderatum fuit in Praenestina hereditatis 14. Martii 1618. coram sancti. mem. Innocentio X. & in eadem coram Buratt. decisione 475, num. 10. Addito etiam, quod dum Testator in Apostillis in margine Testamenti appositis, adiecit verbum Approbo cum subscriptione ejus nominis: Inde magis inferitur animus Testatoris habendi & pro perfecto dictum Testamentum, cum alijs frustratorum omnino fuisset approbare id quod Testator pro non disposito habebat l. ejus qui in Provincia §. quod si stipulatus, ff. si certum petatur. Rot. in recent. Decisiones ad Tract. de Alim.

decis. 108. nu. 13. part. 7. Et illa nominis proprii appositio, & atque subscriptio perfectionem Actus importat, & consummationem Bald. consil. 147. sub num. 2. lib. 4. Rot. in recent. decis. 331. num. 16. part. 5.

Confirmantur praedicta ex eo quod hujusmodi dispositio, prout Testes deponunt, apparet esse conformis declarationi saepius factae per eundem Testatorem in vita sua relinquendi scilicet sua bona Confraternitati Sanctissimi Sudarii; Ex arbitrio enim viventium assequimur voluntatem defunctorum leg. Quoniam, Cod. de conjecl. ultim. volunt. lib. 3. tit. 2. n. 6. Rot. coram Seraphin. decis. 581. num. 4.

Demum quod DD. multum movit ad habendam hujusmodi dispositionem pro perfecta, & non preparatoria, fuit declaratio emissa ab ipsomet Duraforte Testatore, quod nempe revocabat quodcumque aliud Testamentum, & volebat istud caeteris praevallere, quodque censebatur conditum cum omnibus clausulis quibus Juris-Consulti utuntur pro majori firmitate Testamentorum; Hujusmodi namque clausulae designant enixam, & omnimodam voluntatem sustinendi dictam dispositionem. Menoch. consil. 224. num. 2. lib. 3. Cephal. conf. 99. num. 23. versic. secus in casu nostro volum. 1. Et aequipollent clausulae Actum, Caball. consil. 106. num. 31. Rot. coram Buratt. dicta decis. 475. in fin. & in Callien. hereditatis 1. Julii 1639. coram Rev. Terracinen.

Neque obstant, quae pro imperfectione voluntatis ponderabant ab Informantibus pro parte Moroni, & primo, quod in Testamento ad sint nonnullae lineaturae, & Cancellationes, quia cum illae non respiciant partem substantialem, & institutionem heredis, sed solum quaedam legata, aliaque accessoria, illa non officiant, & Testamentum & in Partibus non Cancellatis remanet firmum, ut bene distinguendo tradunt Bald. Alexand. & alii plures, quos allegat Zuccard. in leg. fin. nu. 4. Cod. de edict. Div. Adriani toll. & probat text. in leg. cancellaverat, ibi: Siquidem unius ex hereditibus nomen induxerim, sine dubio certam partem Testamenti valere, & ipsi soli Actiones denegari, & paulò infra ibi: Caeteris nihil nocebit inductio, ff. de his, quae in Testamento delentur leg. Tributus la 20. §. cum aliquis, ff. de militar. Testamenti. Oldrad. consil. 44. num. 3. in fin. versic. Si verò actus. Cravett. consil. 228. nu. 1. post med. versic. ubi etiam, Menoch. consil. 48. nu. 10. Decian. consil. 91. n. 13. versic. & Cancellatio lib. 3. Mantie. de conjecl. ultim. volunt. lib. 12. tit. 1. nu. 31. in fine, versic. & ita, Clar. lib. 3. §. Testamentum quaest. 93. n. 2. in fin. versic. quod ita, Cyriac. controvers. 244. n. 45. versic. Necessè ex dicta Cancellatione. Rot. in recent. decis. 713. nu. 13. part. 1. & coram Eminentissimo Dom. Cardinali Orthobono inter ejus impress. decis. 244. nu. 8. & decis. 271. nu. 9. Et fuit dictum in Eugubina celebrationis Missarum 26. Novembris 1650. coram me, §. neque fidem Instrumenti. Imò ipsamet cassaturae arguunt magis enixam & Testatoris voluntatem in non cassatis, atque deletis, leg. proximè, Digestis de his, quae in Testamento delentur. Bartol. in leg. final. numero 14. Codice de edict. Divi Adriani tollen. Idque facilius dum dictae Cancellationes apparent factae manu ipsius Testatoris, & in scriptura Originali, ac privata ab eo confecta, quam saepe mutari, & cancellari, f 3 ut